Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 181



## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

## ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΡΑΣΥΛΛΑΒΟΣ.

Νικηθεὶς δὲ κατὰ κράτος ὁ πονηρὸς Διάβολος καθίσας ἀπωδύρετο, καὶ ἔλεγε μετὰ κλαυθμοῦ. Οὐαί μοι τῷ ταλαιπώρῳ· τί πέπονθα ὁ ἄθλιος; πῶς ἡττηθεὶς ἀνεχώρησα; τῆς αἰσχύνης δὲ ταύτης ἐγώ εἰμι αἴτιος ὁ συνάψας μετ' αὐτῶν πόλεμον ἐπὶ πολύ. Νικηθεὶς γὰρ ἐκ πρώτης καὶ δευτέρας προσβολῆς, εὐθὺς ἐχρῆν μετανοῆσαι, ὅτι Χριστὸς ἦν μετ' αὐτῶν. Νυνὶ δὲ φιλονικήσας τοῖς ἁγίοις, τὸν μισθὸν αὐτῶν ηὔξησα, εἰς τὴν ἐμὴν ἀτιμίαν, νικηθεὶς δὲ ἀνεχώρησα μετ' αἰσχύνης μεγάλης, τραυματισθεὶς τὴν κεφαλὴν ἐκ τῶν τραυμάτων τῶν ἐμῶν. Τὰς γὰρ παγίδας ἔστησα ὥστε αὐτοὺς παγιδεῦσαι· αὐτοὶ δὲ λαβόντες αὐτὰς, τὴν κεφαλήν μου ἔθλασαν. Τὰ βέλη μου τὰ ὀξέα, ἅπερ ἔπεμπον κατ' αὐτῶν, λαβόντες αὐτοὶ δι' αὐτῶν με ἀπέκτειναν. Ἐγὼ αὐτοὺς ἐπολέμουν ἐν πάθεσι διαφόροις, αὐτοὶ δὲ ἐτροποῦντό με τῇ δυνάμει τοῦ σταυροῦ. Δικαίως οὖν ταῦτα πάσχω ἐγὼ ὁ ἀφρονέστατος, εὐδοκίμους ἀναδείξας καὶ ἄκων τοὺς ἀγωνιστάς. Ἔδει με γοῦν σωφρονισθῆναι, ὃ ἔπαθον ἀπὸ Χριστοῦ, πῶς πᾶσά μου ἡ δύναμις καθηρέθη ὑπ' αὐτοῦ. Πάντα γὰρ τότε ἔπραξα, ὥστε αὐτὸν σταυρωθῆναι, καὶ ὁ ἐκείνου θάνατος θανάτῳ με παρέδωκε. Τὸ αὐτὸ πάλιν ἔπαθον ὁμοίως ἐπὶ Μαρτύρων, ὀνειδισμὸς καὶ αἰσχύνη καὶ γέλως γεγονημένος. Ἐκίνησα γὰρ βασιλεῖς καὶ εὐτρέπισα τὰς βασάνους, ἵνα ἰδόντες πτήξωσι καὶ ἀρνήσωνται τὸν Χριστόν· οἱ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔπτηξαν τὰς διαφόρους κολάσεις, ἀλλὰ καὶ μέχρι θανάτου τὸν Χριστὸν ὡμολόγησαν. Οὕτως καὶ νῦν θέλων τούτους νικῆσαι διὰ πολέμων, νικηθεὶς ἀνεχώρησα μετ' αἰσχύνης μεγάλης. Οὐκέτι δύναμαι φέρειν τὸ ὄνειδος, ὃ ὑπέστην· κομπάζων μεγάλα, ὑπὸ ἀνθρώπων εὐτελῶν καθῄρηταί μου τὸ κράτος καὶ πᾶσα ἡ δυναστεία. Οὐκ οἶδα λοιπὸν τί πράξω, ἢ τί ἀπολογήσομαι. Οἱ εὐτελεῖς καὶ ἀμαθεῖς στέφανον νίκης ἔλαβον· ἐγὼ δὲ ὁ ταλαίπωρος αἰσχύνην ἐκομισάμην. Ἐσκοτίσθην, ἐπτοήθην, ἐξέλιπεν ἡ ἰσχύς μου· τί οὖν ποιήσω ὁ ἄθλιος, καὶ τί πράξω, οὐ γινώσκω. Ἀποδράσας ἀπὸ τούτων τῶν γενναίων ἀγωνιστῶν ἀπέλθω πρὸς τοὺς φίλους μου τοὺς ῥαθύμους τῇ προθέσει, ὅπου οὐκ ἔστι μοι κόπος, οὐδὲ πάλιν τεχνά-

## EJUSDEM SANCTI PATRIS EPHRAEM SYRI

## SERMO TETRASYLLABUS.

Vi porro victus scelestus Diabolus, sedens deplorabat, & cum ejulatu dicebat. Væ mihi infelici: quid passus sum miser? quo pacto superatus abscessi? Hujus vero infamiæ mihi ipse sum auctor & causa, qui diu bellum B cum ipsis suscepi. Victus enim ex prima & secunda incursione atque conflictu, subito me intelligere oportebat, quod Christus cum ipsis adesset. At nunc mea cum sanctis illis contentione ac pugna, mercedem eorum in meam ignominiam auxi: victus autem, cum magno dedecore ab iis recessi, meis ipse, quæ infligere volui, vulneribus in capite læsus. Nam dum laqueos ipsis necterem, quibus eos caperem atque constringerem, C ipsi iis arreptis caput mihi confregerunt. Sagittas meas acutas, quas adversus eos torquebam, ipsi acceperunt, & me iis occiderunt. Ego diversis eos passionibus ac perturbationibus oppugnabam; ipsi vero virtute atque potentia Crucis me in fugam verterunt. Merito igitur hæc patior insipientissimus ego, probatos eos certatores ac pugiles etiam invitus ostendens. Oportebat quippe me reprimi, & quæ a Christo D patiebar, nosse, quomodo omnis mea potentia ab ipso destructa est atque sublata. Omnia enim tunc egi, ut ipse crucifigeretur: & illius mors morti me tradidit. Idem rursus in Martyribus similiter passus sum, & probro, atque infamiæ, & ludibrio cunctis sum effectus. Commovi enim Reges, & paravi tormenta, ut iis visis perhorrescerent, & Christum abnegarent. At illi non solum non deterriti varietate E suppliciorum atque tormentorum, verum etiam ad mortem usque, Christum confessi sunt. Sic quoque nunc eos bellis superare volens, victus ab eis magna cum infamia recessi. Non possum amplius ferre opprobrium, quod sustinui: qui dum magna jactitarem, a vilibus atque abjectis hominibus fortitudo & potentia mea omnis sublata est. Quid agam deinceps, aut qua me ratione defendam, nescio. Simplices F & indocti coronam victoriæ acceperunt: ego vero infelix ac miser ignominiam retuli. Obscuratus sum, & animo perculsus atque consternatus, defecitque virtus mea. Quid ergo faciam miser, & quid agam, non cognosco. Ab his strenuis profugiens Athletis, ad amicos abibo meos, qui in suo proposito ac vitæ instituto inertes sunt atque negligentes: ubi non erit mihi la-

 bor,

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0429
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg